

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Confessio diuinæ excellentiæ, propriæq[ue] humanæ malitiæ & accusatio,
& ad iudicium præparatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

gratiam, & post hanc vitam, propter eiusdem dilectissimæ virginis & gloriofissimæ matris tuæ merita, ad felicissimam illam (qua tecum nunc assumpta gaudet in celis) statim post mortem perueniam lætitiam, Amen.

*Iesus Christus vti in Maiestate ad uniuersale sit iudicium venturus, & vnicuique prout
meruit, gaudia vel tormenta redditurus.*

GLORIFICATIO XV.

A Vereributio omnium Sanctorum, merces magna nimis, requies & corona
omnium electorum, Domine Iesu Christe: Adoro te in fine mundi venturum
iudicem vivorum & mortuorum, & vivi cuique secundum sua merita gaudio-
rum praemia, aut tormentorum supplicia redditurum. Tibi igitur laus, honor,
virtus, & gloria in regno Patris tui.

*Confessio diuina excellentiae proprietatis humanae malitiae accusatio, & ad iudicium pre-
payasso.*

O Iesu amabilissime, confiteor gloriam summam potestatis tuę, confiteor veritatem summam sapientię tuę, confiteor gratiam summam benignitatis tuę: Confiteor etiam me reum omnium peccatorum meorum, quia te creatorem meum contempsi, quia te Dominum summam maiestatis corde, ore, opere & consensu offendere non timui, in lumine veritatis tuę non ambulauī, tibi factorum meo ingratius semper extiti, tibi Patri summa bonitatis non obediui. Sed quia maior est tua bonitas, quam mea iniquitas, obsecro te per ineffabilem misericordiam tuam, ne peccata mea referues iudicio tuo, neque intres in iudicium cum condemnabilissimo serue tuo: sed da mihi gratiam contritionis & verze penitentiae, emendationem totius vitę meę secundum omne beneplacitum tuum, compunctionem cordis, lachrymas humilitatis, & perfectionem infinitissimam & ferventissimam charitatis, ut sic per veram & puram confessionem, per deuotam & perfectam oluntatis obedientiam in hac vita, per tuę sanctissimam & innocentissimam passionis, per gloriofissimam matris tuaę purissimam virginis Mariaę & omnium electorum tuorum merita, à peccatis omnibus merear expurgari, tibiq; ex zoto corde reconciliari: ut sic plenē tibi reconciliatus ac Sacramentis tuis munitus, non ad iudicium de hoc mundo egradiar, sed beato fine requiescens, statim à te sempiternam benedictionem & felicissimam Sanctorum omnium societatem susciperem, imperantibus mihi sacrosanctis tuis quinque vulneribus, quae in gloriofissimo corpore tuo ad consolationem electorum, & damnationem reproborum referasti, qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas per infinita secula Deus sublimis & gloriiosus, ab omnibus creaturis venerandu& adorandu& Amen.

Libri Meditationum

FINIS

xx 4 IN